This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

38
20.10

Digitized by Google

Gc 38.20.10



Harvard College Library

FROM

Francis H. Forbes.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Zu den

öffentlichen Prüfungen,

welche an dem

Königlichen Gymnasium dahier

am

5. und 6. September 1828, jedesmal Vormittags um 9, und Nachmittags um 3 Uhr Statt finden werden,

ladet

alle Gönner und Freunde des Schulwesens, so wie alle Eltern und Verwandten der anvertrauten Jugend

ergebenst ein

der Direktor

Nicol. Jos. Biedermann.

Beigefügt ist eine Abhandlung von Hrn. Collaborator Dr. Lucas über einige Fragmente des Cratinus.

Bonn 1828,
gedruckt bey P. Neusser am Hof Nro. 41.

Digitized by Google

38.20.10

Digitized by Google

SPECIMEN OBSERVATIONUM

IN

DIFFICILIORA QUAEDAM

C R A T I N I,

VETERIS COMICI,

FRAGMENTA.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILELMUS LUCAS

AA. LL. Mag. PHIL. Dr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quam duobus abhinc annis in dissertatione de Cratino et Eupolide promisi huius utriusque poetae fragmentorum integram collectionem cur nondum publice proposuerim et iam ne in posterum quidem proponere constituerim, eius rei causam neque in officii mei intermissione viros doctos quaesituros esse spero, cuius quidem officii, quoad ego vivam, nulla unquam oblivio me capiet, neque in diminuto quodam horum studiorum amore, qui quotidie mirifice etiam augetur, sed in consilio unius eiusque doctissimi viri et de Graecorum comoedia optime meriti, Augusti Meinekii, qui comicorum Graecorum fragmenta in corpus redacta se editurum esse, ea, qua solet, singulari humanitate privatis literis me fecit certiorem, neque tamen ut meum consilium abiicerem suasit sed ut susceptum persequerer et absolverem. Qua in re etsi viri clarissimi incredibilem erga me voluntatem atque benevolentiam cognitam et perspectam haberem, tamen, si vel acta agere vel opus quoddam ab aliis iisque doctioribus multo praeclarius brevi peragendum praeripere constituissem, vanam quandam gloriolam captasse mihi viderer. Itaque velim unusquisque ita sibi persuadeat, me sententiam meam omnino non aggregasse ad voluntatem eius viri, qui nuperrime utriusque Cratini editionem proposuit, M. Runkelii Lipsiensis, quippe qui neque universa fragmenta collectione sua complexus est *), neque sem-

*) Ego cum inter Runkelii et meam collectionem examen instituissem, haec fragmenta Cratini praecipue desideravi.

I. Pollux VII, 86. *Τὸ δὲ σανδάλιον οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκε καὶ Ἡρόδοτος* (II, c. 91.), *ὥσπερ καὶ τὸ σάνδαλον Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ κωμικοί, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος Νόμοις·*

σανδάλια Τυρρηνικά.

Meinekius, cum Pollucis testimonium de Menandro in eiusdem comici fragmenta referret, locum nostrum hoc modo scribit: *τὸ δὲ σανδάλιον οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκεν ἀλλὰ καὶ Ἡρόδοτος*, quae mutatio nulla librorum auctoritate nititur et Cratini sententiam ita in dubitationem vocat, ut testimonium *ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος* seqq. ad praecedentia *ὥσπερ*

Digitized by Google

per ea, quae collegit, in iustum ordinem adducta disposuit **), neque denique in

---

καὶ τὸ σάνδαλον referri ideoque σάνδαλα pro σανδάλια legendum esse videtur. Sed statuimus, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος seqq. respondere superioribus οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκε καὶ Ἡρόδοτος, sententiam vero ὥσπερ καὶ — οἱ κωμικοὶ parenthesis loco interiectam esse, ut forma σάνδαλα in disputatione de calceis auctoritatem simul nanciscceretur. Lectionem σανδάλια tuetur Cephisodori e Trophonio fragmentum, quod post Cratini locum exhibetur et sic digerendum est:

υ — υ — σανδάλια τῶν λεπτοσχιδῶν
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Male Falckenburgius περιβάτας habet pro περιβαρίδας, quod Theopompi loco e Sirenibus et Aristophanis Lysistrata v. 45. probatur Cfr. Schol. ad Aristoph. Lysistr. l. c. Vulgo legitur τὲ post σανδάλια et in v. 3. θεράπαινα contra metrum. Sunt versus iambici.

II. In fragmentis e Nemesi Cratini colligendis a Runkelio omissus est locus apud Priscianum p. 91, quem laudat Spengelius ad Varronem. de ling. lat. p. 625. seq. Κρατῖνος ἐν Νεμέσεσι·

Μεθύστερον ἐν χρόνῳ

III. Omissus est ex incerta fabula Cratini locus servatus apud Aelium Aristidem Tom. II. p. 19. ed. Sam. Iebb. (ed. Canter. T. III. p. 33.)

Τί οὖν; ὦ σὺ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων,

Ἴφη Κρατῖνος

Ut numerus iambicus conservetur, vocem σύ, quae vulgo post μεγίστη legitur, secundo loco ponendam esse existimavi, praeeuntibus quibusdam Aristidis interpretibus. Versus itaque perbonus erit, si modo contractio sive synizesis in primo pede admittatur. Idem locus laudatur apud eundem Aristidem T. II. p. 129. (ed. Canter. T. III. p. 214.) et in Photii Bibliotheca ab Imm. Bekkero edita (Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα λόγος δ') p. 424. a. 27, et ibid. p. 411. b. 25. Ex his locis patet Cratini verba dicta esse in Periclem, in cuius magniloquentia diiudicanda nonnihil veritati ex arte acerbitatis adspersit audax poeta. Locos huius argumenti collegi in dissertatione de Cratino et Eupolide p. 40. seq. et p. 93. seqq.

IV. Addendus est locus Cratini apud Schol. ad Aristoph. Eq. 790. γυπαρίοις] ἀντὶ τοῦ, ἐν φωλεοῖς καὶ καλιαῖς καὶ στενοῖς χωρίοις. Κρατῖνος δέ φησιν, ὅτι πᾶσαν στενὴν κατάδυσιν οὕτως ὠνόμαζον. Inde efficitur vocem γυπάριον a Cratino esse usurpatam.

V. Desideratur locus Cratini apud Hesychium v. ἄψω. προσεγγίσω, δήσω. Κρατῖνος. Lectionem vulgatam ἄψω emendavit Kusterus.

VI. Versus tres e Chironibus servati ab Aelio Aristide T. II. p. 386. ed. Iebb. quos infra Cratino vindicabimus, non erant omittendi Runkelio.

**) *I.* Quam Suidas e Cratini Seriphiis diserte laudat vocem ἀμοργοί, eam sine ulla causa retulit inter eas voces, quae e fabulis incertis depromtae sunt. Cfr. Runkel. p. 92.

Digitized by Google

singulis locis illustrandis ea, qua par est, diligentia interpretis provinciam administravit, cum et nimis multa fragmenta, veluti omnino desperata essent, aut nullis aut infirmioribus coniecturis tentaret et in aliis neque emendationum suarum neque poetae mentem accurate explicaret ideoque sententiarum argumento minus bene consuleret, ita ut multis in locis veram esse interpretationem uberius probandum esse videatur ***). Neque tamen de hoc editore tantum mihi assumo, ut in poeta nostro interpretando nihil boni ab eo profectum esse contendam, immo vero gaudeo me communem quendam socium nactum esse in iis literarum studiis, quae a viris eruditissimis, dum philologia exculta est, nunquam quidem prorsus neglecta, sed nunquam maiori assiduitate et acriori diligentia investigata sunt, quam nuperrimis hisce temporibus, cum in extenso illo philologiae campo nullum dumtaxat locum feraciorem esse, nullum fere uberiorem, quam comoediam Graecorum, cognitum esset, cuius optimos fructus iam in egregiis commentationibus clarissimi Suvernii, Meinekii, aliorum percepimus, et ex eodem fundo largiorem etiam messem nos accepturos esse speramus. Quae cum ita sint ego laetatus sum, quod mihi liceret de difficilioribus quibusdam locis Cratini sententiam meam profiteri, non quidem ac si omnes tenebras opera mea discussissem, sed ut partim ingenium qualecunque meum in fragmenta salebris impeditiora converterem, partim aliis doctioribus ansam offerrem de iisdem quaestionibus uberius et accuratius disserendi. Ego, si nonnulla secus quam oporteat disputata esse viri docti censuerint et coniecturarum mearum publice rationem habere non dedignentur, ut eo quo decet humanitatis et veritatis studio mentem suam declarent, vehementer exopto.

Scholiasta ad Thucyd. VIII. c. 83. Ἐπιφέρονται ὀργάς) τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν (forte ὀργὰς) ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχώρειν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς Κρατῖνος ἐν Χείρωνι (scr. Χείρωσι), λέγων τὴν μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσι.

II. Vocem ἄρχυς Runkelius p. 28. perperam retulit in Cleobulinas Cratini; aliud suadent verba Harpocrationis v. Ἀρχυωρός.

III. Locum Scholiastae ad Aristoph. Vesp. v. 351. falso intelligit Runkelius p. 97, quod vocem σέρφος a Cratino usurpatam existimat. Scholiastae verba sole clariora sunt: Κρατῖνος δὲ μύρμηκά φησι τὸν σέρφον. Est igitur μύρμηξ vocabulum Cratineum.

***) Hoc iudicium meum nuperrime inveni probatum a censore docto in Sched. liter. Halens. 1828. Nro. 149.

Digitized by Google

Sic laudatur Cratini locus apud Scholiastam, non ut Runkelius edidit p. 66.

Ἡ μουσικὴ ἀκορέστους ἐπιφέρει ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν.

Quae verba in versus digerendi periculum fecit Hugo Grotius Excerpt. p. 493. sed verba sua profecto non facile pro versibus Cratineis vendat, cum scribit:

Ἡ δὲ μουσικὴ

ὀργὰς ἐπιφέρει σώφροσ' ἀκορέστους βροτοῖς

Runkelius Cratini verba difficulter in metrum redigi posse arbitratur, coniicit tamen legendum esse: *Ἡ μ. Ἀκόρεστον ἐπ. β. σ. Ὀργήν.* In qua coniectura reprehendo, id maxime neglectum esse, quod in primis tenendum erat; scilicet numerus pluralis *ὀργὰς* est mutatus, ex quo singularis huius vocis significatio maxime pendere videtur, idque veterum scriptorum exemplis et grammaticorum consensu probatur, et patet cum ex Thucydidis tum ex ipsis Cratini verbis, quae diserte ob vocem *ὀργὰς* Thucydidi annectuntur, ita ut, quod Scholiasta e suo ingenio scribit *τὸ ἐπιφέρειν ὀργήν*, ex ipsius inscitia et negligentia ortum aut a librariis, qui vulgaria exquisitioribus praeferebant, videlicet indoctis profectum et in *ὀργὰς* mutandum esse videatur. Quodsi igitur veram Cratini scripturam tuemur, Runkelii versus per se dissolvuntur. Cratini fragmentum, cuius sensus tantum laudatus est a Thucydidis Scholiasta, sic disponendum in metrum iambicum arbitror:

Ἡ μουσικὴ
ὀργὰς ἀκορέστους ἐπιφέρει τοῖς σώφροσιν
βροτοῖς.

Musica oblectionem insatiabilem praebet sapientibus mortalibus.

Plerumque minus accurate in latinum sermonem translata est haec sententia; etenim *σώφρονες* non sunt *moderati*, quod aliis placuit, sed *prudentes* atque *peritiores*, qui musicae artis rationes diversissimas cum satis compertas habeant, variis canendi et modulandi sonis et suas ipsorum aures mirifica et incredibili voluptate permulcent et aliorum animos partim remittunt, partim contrahunt, prout aut molliter ac dulciter aut vehementius atque severius rem aggrediantur. Quod qui efficere student, inprimis sciant, quanta sit vis musicae in animos humanos, quidque singulis et variis animi motibus sit accomodatum, quid multa? *σώφρονες* sint necesse est, sive, quod Eupolis dicit, *ἐπινοεῖν δυνάμενοι*. Etenim quam statuimus Cratini sententiam Eupolis simili modo expressit in fragmento, quod ab Athenaeo XIV. p. 623. E. servatum est non una labe affectum; id vero hoc modo in versus digerendum esse existimo:

Ἡ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον
ἀεί τε καινὸν ἐπινοεῖν τι δυναμένοις.

Digitized by Google

vulgatam huius fragmenti scripturam, ὁ μὲν κωμῳδοποιὸς Εὔπολις, ὦνδρες φίλοι, φησί,

Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον
ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις,

qui accuratius intuetur, non dubito, quin nonnulla ex parte ab Athenaeo profectam esse concedat, quippe qui Eupolidis locum non ea qua par erat diligentia descripserit, sed argumentum laudasse contentus de suo quaedam addiderit. Itaque statim suspicionem movet dispondeus ἐξευρίσκει, qui ad trimetros, quorum vestigia inculenter apparent, nullo modo referri potest. His argumentis, ut videtur, commotus nuperrimus Athenaei editor Guil. Dindorfius idem verbum Athenaei esse acute observavit. Articulum τοῖς in libris saepissime contra scriptoris mentem aut omissum aut additum, huic loco, cum desideretur, ex metri rationibus addendum putavimus. Lectionis ἡ μουσικὴ pro καὶ μουσ. vestigia secuti sumus apud Eustath. ad Hom. Odyss. *a*, 352. p. 1422, 54. qui sua ex Athenaeo hausit. Ἐπινοεῖν τι dictum est singulari cum vi, de eo qui *eximie perscrutatur*, *magni quid excogitare et invenire potest*, ut in similibus εἶναί τι (Cfr. Cratini fragm. apud Suid. v. ᾠδή), λέγειν τι, εἰδέναι τι cet., de quibus uberius disputat Vigerus de Idiot. Gr. p. 152. et Hermannus in Obss. ad Vig. p. 731. Athenaeus eum ἐξευρίσκει scriberet, verbum Eupolidis nobis invidit, neque facile illud coniectura quis consequatur. Alienum prorsus non esset supplere τίκτει, quod in simili sententia servatur apud eundem Athenaeum l. c. in fragmento Anaxilae comici:

Ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη πρὸς τῶν θεῶν
ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον
τίκτει.

Plutarchus in vita Periclis c. 3. narrat Periclem corpore ceteroqui formoso praeditum propter caput tamen oblongum a comicis σχινοκέφαλον esse nominatum, eamque sententiam et aliis exemplis probat et loco egregio e Cratini Chironibus laudato: *Τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι Στάσις δέ φησι καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τέκτονα τύραννον, ὃν δὴ κεφαλληγερέταν θεοὶ καλοῦσι.*

Sic Cratini verba in Plutarchi editionibus et in nuperrima, quam curavit Schaeferus, nullo versuum ordine observato, miserrime scripta exhibentur. Etenim

Digitized by Google

parum accurate interpretis partes egit Hugo Grotius in Excerpt. p. 493, cum versus Cratineos se restituisse arbitraretur; non multo felicius rem expediit Runkelius p. 64, cum scribit et interpungit:

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Χρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε
μέγιστον τίκτετον τύραννον
ὃν δὴ κεφαληγερέτην θεοὶ καλοῦσι.

E chori cantico fragmentum petitum indicat sine ulla ratione; de metro versuum se ipsum incertum esse ingenue confitetur. At vere illam versuum dispositionem, quam in Dissert. de Crat. et Eupol. p. 40. proposuimus, nunc non omnino probamus, sed Cratini verba in iambicos trimetros sic redigenda esse putamus:

υ — υ — Στάσις καὶ πρεσβυγενὴς Χρόνος
ἀλλήλοισιν μιγέντε μέγιστον τίκτετον
τύραννον, ὃν δὴ τὸν κεφαληγερέταν θεοὶ
καλοῦσιν —

In primo versu, cuius pars quaedam omissa est a Plutarcho, delevi particulam δέ, quae vel aliunde, nescio quo casu, irrepsit, vel quod verisimilius est ad φησὶ pertinet; Cratini enim versus cum Plutarchi verbis commixti sunt. Χρόνος bene mutavit Grotius pro *Κρόνος*: vulgo *χρόνοις*. In versu secundo *ν ἐφελκυστικόν*, quod metri causa desideratur, voci *ἀλλήλοισιν* annectendum existimavi. In versu tertio inserui articulum *τόν*, quo quidem epitheton *κεφαληγερέταν* sine nomine proprio positum minime potest carere; praeterea hoc additamento mire sublevatur metrum. Pro *τύραννον* alii *Τιτᾶνα*, quod nimis quaesitum adeoque falsum est. Fabulae index, *Χείρωνες*, qui codicum auctoritate plurimis in locis recte declaratur (Cfr. Dissert. de Crat. et Eup. p. 59.) et re ipsa optime confirmatur, non debebat a Schaefero rursus perperam vulgari *ἐν Χείροσι*. Runkelii coniecturas de versu tertio propositas merito improbat doctus censor in Sched. lit. Halens. 1828. Nr. 149.

Utrumque fragmentum, de quo in superioribus disputatum est, servatur e fabula Cratini celebratissima, quae *Χείρωνες* inscribebatur; quae indicis scriptura tam vera atque proba est, ut vel ipsis Cratini verbis apud Hephaestionem Enchir. p. 17, 2. egregie confirmetur. Cuius quidem dramatis argumentum etsi vereor ut e praesenti fragmentorum apparatu certis rationibus elici possit, tamen coniecturas quasdam afferre non alienum esse existimo, si quidem fortasse ad verisimilitudinem propius accedere licuerit. At vere in plurimis fere veterum comicorum fabulis Chironis illius et antiquissimi et celeberrimi modulatoris nomine aucupatis, musicam in primis iocandi ansam obtulisse et ad notandam huius eximiae artis depravationem et

Digitized by Google

ad morum mollitiem exagitandam et denique ad summam eius vim significandam, quam in omnes vitae humanae voluntates regendas exerceat, id profecto extra omnem dubitationem positum esse videtur. E Cratini Chironibus pauca quidem fragmenta supersunt, sed eandem sententiam declarant loci apud Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1231. Zenob. Proverb. V. 9. Schol. ad Thucyd. VIII. 83. Schol. ad Platon. Theaet. p. 358. ed. Bekk. Grammat. in Bekkeri Anecd. gr. p. 335, 15 *); ita tamen ut, si quid video, artis musicae mirifica praestantia ostendatur eamque gravissimum momentum habere in civitatibus administrandis probetur, quorum exemplorum magnam copiam suppeditat antiquissima Graecorum historia. Unius saltem Cratinus ipse mentionem facit in proverbio, quod Zenobius l. c. servavit; nam cum Lacedaemonii domesticis seditionibus agitati ad oraculum petendum Delphos misissent consulturos, quidnam sibi faciendum esset, ut hoc malo liberarentur, responsum tulerunt, Terpandrum Lesbium accesserent. Qui eum venisset, arte musica usus civium animos composuit tumultumque sedavit.

Praeterea Pericles in fabula nostra, teste Plutarcho, quem supra attigi, vehementissime exagitatur neque eum in hac ipsa comoedia obiter commemoratum sed primarium cavillationis argumentum obtulisse existimaverim. Quod si primo adspectu mirum videri possit inter Periclem et artem musicam eam rationem intercedere, qua comicus poeta in consilium suum adhibita insignis cuiusdam fabulae argumentum conderet, coniectura tamen adducor, ut in hac ipsa re largissimam materiam inveniri arbitrer, qua Cratinus effrenata sua libertate usus, Periclem maximum tyrannum nominare et, quomodo talis evaserit, comice ostendere potuerit. Iam vero Plutarchus Pericl. c. 4. tradit Periclis praeceptorem in musicis fuisse Damonem, qui, cum sophista esset perfectus, ut apud vulgus suam peritiam dissimularet, nomen musicae praetexuisset; idemque Periclì adfuit veluti athletae in re publica aliptes et magister. Verumtamen cum obscurum non esset, Damonem lyrae usum simulationis causa praetendisse eumque et magnas res audacter moliri et strenuum esse tyrannidis fautorem exilio multatus est in decem annos. Itaque actum erat de egregio musico, qui, veluti Chiro olim musicis artibus adiutus Aesculapio, Iasoni, Herculi, Achilli aliisque heroibus praeceptor sapientissimus de omni vita regenda opem tulisse fertur, spem affectabat fore ut, si speciem eximii musici prae se ferret, Periclem ad quaelibet molimina perpetranda commovere posset.

*) Σοφίαν enim interpretor idem esse quod τὴν μουσικήν, ut saepius. Cfr. Xenoph. Anab. I. 2, 8. Ibique Schneideri obss.

Digitized by Google

Gc 38.20.10



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Zu den

öffentlichen Prüfungen,

welche an dem

Königlichen Gymnasium dahier

am

5. und 6. September 1828, jedesmal Vormittags um 9, und Nachmittags um 3 Uhr Statt finden werden,

ladet

alle Gönner und Freunde des Schulwesens, so wie alle Eltern und Verwandten der anvertrauten Jugend

ergebenst ein

der Direktor

Nicol. Jos. Biedermann.

Beigefügt ist eine Abhandlung von Hrn. Collaborator Dr. Lucas über einige Fragmente des Cratinus.

Bonn 1828,
gedruckt bey P. Neusser am Hof Nro. 41.

Digitized by Google

K.C 38.20.10

Digitized by Google

SPECIMEN OBSERVATIONUM

IN

DIFFICILIORA QUAEDAM

C R A T I N I,

VETERIS COMICI,

FRAGMENTA.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILELMUS LUCAS

AA. LL. Mag. PHIL. Dr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quam duobus abhinc annis in dissertatione de Cratino et Eupolide promisi huius utriusque poetae fragmentorum integram collectionem cur nondum publice proposuerim et iam ne in posterum quidem proponere constituerim, eius rei causam neque in officii mei intermissione viros doctos quaesituros esse spero, cuius quidem officii, quoad ego vivam, nulla unquam oblivio me capiet, neque in diminuto quodam horum studiorum amore, qui quotidie mirifice etiam augetur, sed in consilio unius eiusque doctissimi viri et de Graecorum comoedia optime meriti, Augusti Meinekii, qui comicorum Graecorum fragmenta in corpus redacta se edituram esse, ea, qua solet, singulari humanitate privatis literis me fecit certiorem, neque tamen ut meum consilium abiicerem suasit sed ut susceptum persequerer et absolverem. Qua in re etsi viri clarissimi incredibilem erga me voluntatem atque benevolentiam cognitam et perspectam haberem, tamen, si vel acta agere vel opus quoddam ab aliis iisque doctioribus multo praeclarius brevi peragendum praeripere constituissem, vanam quandam gloriolam captasse mihi viderer. Itaque velim unusquisque ita sibi persuadeat, me sententiam meam omnino non aggregasse ad voluntatem eius viri, qui nuperrime utriusque Cratini editionem proposuit, M. Runkelii Lipsiensis, quippe qui neque universa fragmenta collectione sua complexus est *), neque sem-

*) Ego cum inter Runkelii et meam collectionem examen instituissem, haec fragmenta Cratini praecipue desideravi.

I. Pollux VII, 86. *Τὸ δὲ σανδάλιον οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκε καὶ Ἡρόδοτος* (II, c. 91.), *ὥσπερ καὶ τὸ σάνδαλον Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ κωμικοί, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος Νόμοις·*

σανδάλια Τυρρηνικά.

Meinekius, cum Pollucis testimonium de Menandro in eiusdem comici fragmenta referret, locum nostrum hoc modo scribit: *τὸ δὲ σανδάλιον οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκεν ἀλλὰ καὶ Ἡρόδοτος*, quae mutatio nulla librorum auctoritate nititur et Cratini sententiam ita in dubitationem vocat, ut testimonium *ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος* seqq. ad praecedentia *ὥσπερ*

Digitized by Google

per ea, quae collegit, in iustum ordinem adducta disposuit **), neque denique in

---

καὶ τὸ σάνδαλον referri ideoque σάνδαλα pro σανδάλια legendum esse videatur. Sed statuimus, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος seqq. respondere superioribus οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκε καὶ Ἡρόδοτος, sententiam vero ὥσπερ καὶ — οἱ κωμικοὶ parenthesis loco interiectam esse, ut forma σάνδαλα in disputatione de calceis auctoritatem simul nanciscereturr. Lectionem σανδάλια tuetur Cephisodori e Trophonio fragmentum, quod post Cratini locum exhibetur et sic digerendum est:

υ — υ — σανδάλια τῶν λαμπροσχιδῶν
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Male Falckenburgius περιβάτας habet pro περιβαρίδας, quod Theopompi loco e Sirenibus et Aristophanis Lysistrata v. 45. probatur Cfr. Schol. ad Aristoph. Lysistr. l. c. Vulgo legitur τὲ post σανδάλια et in v. 3. θεράπαινα contra metrum. Sunt versus iambici.

II. In fragmentis e Nemesi Cratini colligendis a Runkelio omissus est locus apud Priscianum p. 91, quem laudat Spengelius ad Varronem. de ling. lat. p. 625. seq. Κρατῖνος ἐν Νεμέσει·

Μεθύστερον ἐν χρόνῳ

III. Omissus est ex incerta fabula Cratini locus servatus apud Aelium Aristidem Tom. II. p. 19. ed. Sam. Iebb. (ed. Canter. T. III. p. 33.)

Τί οὖν; ὦ σὺ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων,
ἔφη Κρατῖνος

Ut numerus iambicus conservetur, vocem σύ, quae vulgo post μεγίστη legitur, secundo loco ponendam esse existimavi, praeeuntibus quibusdam Aristidis interpretibus. Versus itaque perbonus erit, si modo contractio sive synaesis in primo pede admittatur. Idem locus laudatur apud eundem Aristidem T. II. p. 129. (ed. Canter. T. III. p. 214.) et in Photii Bibliotheca ab Imm. Bekkero edita (Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα λόγος δ') p. 424. a. 27, et ibid. p. 411. b. 25. Ex his locis patet Cratini verba dicta esse in Periclem, in cuius magniloquentia diiudicanda nonnihil veritati ex arte acerbitatis adspersit audax poeta. Locos huius argumenti collegi in dissertatione de Cratino et Eupolide p. 40. seq. et p. 93. seqq.

IV. Addendus est locus Cratini apud Schol. ad Aristoph. Eq. 790. γυπαρίοις] ἀντὶ τοῦ, ἐν φωλεοῖς καὶ καλιαῖς καὶ στενοῖς χωρίοις. Κρατῖνος δέ φησιν, ὅτι πᾶσαν στενὴν κατάδυσιν οὕτως ὠνόμαζον. Inde efficitur vocem γυπάριον a Cratino esse usurpatam.

V. Desideratur locus Cratini apud Hesychium v. ἄψω. προσεγγίσω, δήσω. Κρατῖνος. Lectionem vulgatam ἄψω emendavit Kusterus.

VI. Versus tres e Chironibus servati ab Aelio Aristide T. II. p. 386. ed. Iebb. quos infra Cratino vindicabimus, non erant omittendi Runkelio.

**) *I.* Quam Suidas e Cratini Seriphiis diserte laudat vocem ἀμοργοί, eam sine ulla causa retulit inter eas voces, quae e fabulis incertis depromtae sunt. Cfr. Runkel. p. 92.

Digitized by Google

singulis locis illustrandis ea, qua par est, diligentia interpretis provinciam administravit, cum et nimis multa fragmenta, veluti omnino desperata essent, aut nullis aut infirmioribus coniecturis tentaret et in aliis neque emendationum suarum neque poetae mentem accurate explicaret ideoque sententiarum argumento minus bene consuleret, ita ut multis in locis veram esse interpretationem uberius probandum esse videatur ***). Neque tamen de hoc editore tantum mihi assumo, ut in poeta nostro interpretando nihil boni ab eo profectum esse contendam, immo vero gaudeo me communem quendam socium nactum esse in iis literarum studiis, quae a viris eruditissimis, dum philologia exculta est, nunquam quidem prorsus neglecta, sed nunquam maiori assiduitate et acriori diligentia investigata sunt, quam nuperrimis hisce temporibus, cum in extenso illo philologiae campo nullum dumtaxat locum feraciorem esse, nullum fere uberiorem, quam comoediam Graecorum, cognitum esset, cuius optimos fructus iam in egregiis commentationibus clarissimi Suvernii, Meinekii, aliorum percepimus, et ex eodem fundo largiorem etiam messem nos accepturos esse speramus. Quae cum ita sint ego laetatus sum, quod mihi liceret de difficilioribus quibusdam locis Cratini sententiam meam profiteri, non quidem ac si omnes tenebras opera mea discussissem, sed ut partim ingenium qualecunque meum in fragmenta salebris impeditiora converterem, partim aliis doctioribus ansam offerrem de iisdem quaestionibus uberius et accuratius disserendi. Ego, si nonnulla secus quam oporteat disputata esse viri docti censuerint et coniecturarum mearum publice rationem habere non dedignentur, ut eo quo decet humanitatis et veritatis studio mentem suam declarent, vehementer exopto.

Scholiasta ad Thucyd. VIII. c. 83. *Ἐπιφέρονται ὀργὰς*) *τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν* (forte *ὀργὰς*) *ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχώρειν ἕταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς Κρατῖνος ἐν Χείρωνι* (scr. *Χείρωσι*), *λέγων τὴν μουσικὴν ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσι.*

II. Vocem *ἄρχυς* Runkelius p. 28. perperam retulit in Cleobulinas Cratini; aliud suadent verba Harpocrationis v. *Ἀρχυωρός.*

III. Locum Scholiastae ad Aristoph. Vesp. v. 351. falso intelligit Runkelius p. 97, quod vocem *σέρφος* a Cratino usurpatam existimat. Scholiastae verba sole clariora sunt: *Κρατῖνος δὲ μύρμηκά φησι τὸν σέρφον.* Est igitur *μύρμηξ* vocabulum Cratineum.

***) Hoc iudicium meum nuperrime inveni probatum a censore docto in Sched. liter. Halens. 1828. Nro. 149.

Digitized by Google

Sic laudatur Cratini locus apud Scholiastam, non ut Runkelius edidit p. 66.

Ἡ μουσικὴ ἀκορέστους ἐπιφέρει ὀργὰς βροτοῖς σώφροσι.

Quae verba in versus digerendi periculum fecit Hugo Grotius Excerpt. p. 493. sed verba sua profecto non facile pro versibus Cratineis vendat, cum scribit:

Ἡ δὲ μουσικὴ
ὀργὰς ἐπιφέρει σώφρου' ἀκορέστους βροτοῖς

Runkelius Cratini verba difficulter in metrum redigi posse arbitratur, coniicit tamen legendum esse: *Ἡ μ. Ἀκόρεστον ἐπ. β. σ. Ὀργήν.* In qua coniectura reprehendo, id maxime neglectum esse, quod in primis tenendum erat; scilicet numerus pluralis *ὀργὰς* est mutatus, ex quo singularis huius vocis significatio maxime pendere videtur, idque veterum scriptorum exemplis et grammaticorum consensu probatur, et patet cum ex Thucydidis tum ex ipsis Cratini verbis, quae diserte ob vocem *ὀργὰς* Thucydidi annectuntur, ita ut, quod Scholiasta e suo ingenio scribit *τὸ ἐπιφέρειν ὀργήν*, ex ipsius inscitia et negligentia ortum aut a librariis, qui vulgaria exquisitioribus praeferebant, videlicet indoctis profectum et in *ὀργὰς* mutandum esse videatur. Quodsi igitur veram Cratini scripturam tuemur, Runkelii versus per se dissolvuntur. Cratini fragmentum, cuius sensus tantum laudatus est a Thucydidis Scholiasta, sic disponendum in metrum iambicum arbitror:

Ἡ μουσικὴ
ὀργὰς ἀκορέστους ἐπιφέρει τοῖς σώφροσιν
βροτοῖς.

Musica oblectionem insatiabilem praebet sapientibus mortalibus.

Plerumque minus accurate in latinum sermonem translata est haec sententia; etenim *σώφρονες* non sunt *moderati*, quod aliis placuit, sed *prudentes* atque *peritiores*, qui musicae artis rationes diversissimas cum satis compertas habeant, variis canendi et modulandi sonis et suas ipsorum aures mirifica et incredibili voluptate permulcent et aliorum animos partim remittunt, partim contrahunt, prout aut molliter ac dulciter aut vehementius atque severius rem aggrediantur. Quod qui efficere student, inprimis sciant, quanta sit vis musicae in animos humanos, quidque singulis et variis animi motibus sit accomodatum, quid multa? *σώφρονες* sint necesse est, sive, quod Eupolis dicit, *ἐπινοεῖν δυνάμενοι*. Etenim quam statuimus Cratini sententiam Eupolis simili modo expressit in fragmento, quod ab Athenaeo XIV. p. 623. E. servatum est non una labe affectum; id vero hoc modo in versus digerendum esse existimo:

Ἡ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον
ἀεί τε καινὸν ἐπινοεῖν τι δυναμένοις.

Digitized by Google

Vulgatam huius fragmenti scripturam, ὁ μὲν κωμῳδοποιὸς Εὔπολις, ἄνδρες φίλοι, φησί,

Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον
ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις,

qui accuratius intuetur, non dubito, quin nonnulla ex parte ab Athenaeo profectam esse concedat, quippe qui Eupolidis locum non ea qua par erat diligentia descripserit, sed argumentum laudasse contentus de suo quaedam addiderit. Itaque statim suspicionem movet dispondeus ἐξευρίσκει, qui ad trimetros, quorum vestigia luculenter apparent, nullo modo referri potest. His argumentis, ut videtur, commotus nuperrimus Athenaei editor Guil. Dindorfius idem verbum Athenaei esse acute observavit. Articulum τοῖς in libris saepissime contra scriptoris mentem aut omissum aut additum, huic loco, cum desideretur, ex metri rationibus addendum putavimus. Lectionis ἡ μουσικὴ pro καὶ μουσ. vestigia secuti sumus apud Eustath. ad Hom. Odyss. α, 352. p. 1422, 54. qui sua ex Athenaeo hausit. Ἐπινοεῖν τι dictum est singulari cum vi, de eo qui *exacte perscrutatur, magni quid excogitare et invenire potest*, ut in similibus εἶναί τι (Cfr. Cratini fragm. apud Suid. v. οἶδε), λέγειν τι, εἰδέναι τι cet., de quibus uberius disputat Vigerus de Idiot. Gr. p. 152. et Hermannus in Obss. ad Vig. p. 731. Athenaeus cum ἐξευρίσκει scriberet, verbum Eupolidis nobis invidit, neque facile illud coniectura quis consequatur. Alienum prorsus non esset supplere τίκτει, quod in simili sententia servatur apud eundem Athenaeum l. c. in fragmento Anaxilae comici:

Ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ Λιβύη πρὸς τῶν θεῶν
ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον
τίκτει.

Plutarchus in vita Periclis c. 3. narrat Periclem corpore ceteroqui formoso praeditum propter caput tamen oblongum a comicis σχινοκέφαλον esse nominatum, eamque sententiam et aliis exemplis probat et loco egregio e Cratini Chironibus laudato: Τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι Στάσις δέ φησι καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον οὐρανόν, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσι.

Sic Cratini verba in Plutarchi editionibus et in nuperrima, quam curavit Schaeferus, nullo versuum ordine observato, miserrime scripta exhibentur. Etenim

Digitized by Google

parum accurate interpretis partes egit Hugo Grotius in Excerpt. p. 493, cum versus Cratineos se restituisse arbitraretur; non multo felicius rem expediit Runkelius p. 64, cum scribit et interpungit:

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε
μέγιστον τίκτετον τύραννον
ὃν δὴ κεφαληγερέτην θεοὶ καλοῦσι.

E chori cantico fragmentum petitum iudicat sine ulla ratione; de metro versuum se ipsum incertum esse ingenue confitetur. At vero illam versuum dispositionem, quam in Dissert. de Crat. et Eupol. p. 40. proposuimus, nunc non omnino probamus, sed Cratini verba in iambicos trimetros sic redigenda esse putamus:

υ — υ — Στάσις καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος
ἀλλήλοισιν μιγέντε μέγιστον τίκτετον
τύραννον, ὃν δὴ τὸν κεφαληγερέτην θεοὶ
καλοῦσιν —

In primo versu, cuius pars quaedam omissa est a Plutarcho, delevi particulam δέ, quae vel aliunde, nescio quo casu, irrepsit, vel quod verisimilius est ad φησὶ pertinet; Cratini enim versus cum Plutarchi verbis commixti sunt. *Χρόνος* bene mutavit Grotius pro *Κρόνος*: vulgo *χρόνους*. In versu secundo *ν ἐφελκυστικόν*, quod metri causa desideratur, voci *ἀλλήλοισι* annectendum existimavi. In versu tertio inserui articulum *τόν*, quo quidem epitheton *κεφαληγερέτην* sine nomine proprio positum minime potest carere; praeterea hoc additamento mire sublevatur metrum. Pro *τύραννον* alii *Τιτᾶνα*, quod nimis quaesitum adeoque falsum est. Fabulae index, *Χείρωνες*, qui codicum auctoritate plurimis in locis recte declaratur (Cfr. Dissert. de Crat. et Eup. p. 59.) et re ipsa optime confirmatur, non debebat a Schaefero rursus perperam vulgari *ἐν Χείροσι*. Runkelii coniecturas de versu tertio propositas merito improbat doctus censor in Sched. lit. Halens. 1828. Nr. 149.

Utrumque fragmentum, de quo in superioribus disputatum est, servatur e fabula Cratini celebratissima, quae *Χείρωνες* inscribebatur; quae indicis scriptura tam vera atque proba est, ut vel ipsis Cratini verbis apud Hephaestionem Enchir. p. 17, 2. egregie confirmetur. Cuius quidem dramatis argumentum etsi vereor ut e praesenti fragmentorum apparatu certis rationibus elici possit, tamen coniecturas quasdam afferre non alienum esse existimo, si quidem fortasse ad verisimilitudinem propius accedere licuerit. At vero in plurimis fere veterum comicorum fabulis Chironis illius et antiquissimi et celeberrimi modulatoris nomine auncupatis, musicam in primis iocandi ansam obtulisse et ad notandam huius eximiae artis depravationem et

Digitized by Google

ad morum mollitiem exagitandam et denique ad summam eius vim significandam, quam in omnes vitae humanae voluntates regendas exercerat, id profecto extra omnem dubitationem positum esse videtur. E Cratini Chironibus pauca quidem fragmenta supersunt, sed eandem sententiam declarant loci apud Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1231. Zenob. Proverb. V. 9. Schol. ad Thucyd. VIII. 83. Schol. ad Platon. Theaet. p. 358. ed. Bekk. Grammat. in Bekkeri Anecd. gr. p. 335, 15 *); ita tamen ut, si quid video, artis musicae mirifica praestantia ostendatur eamque gravissimum momentum habere in civitatibus administrandis probetur, quorum exemplorum magnam copiam suppeditat antiquissima Graecorum historia. Unius saltem Cratinus ipse mentionem facit in proverbio, quod Zenobius l. c. servavit; nam cum Lacedaemonii domesticis seditionibus agitati ad oraculum petendum Delphos misissent consulturos, quidnam sibi faciendum esset, ut hoc malo liberarentur, responsum tulerunt, Terpandrum Lesbium accesserent. Qui cum venisset, arte musica usus civium animos composuit tumultumque sedavit.

Praeterea Pericles in fabula nostra, teste Plutarcho, quem supra attigi, vehementissime exagitatur neque eum in hac ipsa comoedia obiter commemoratum sed primarium cavillationis argumentum obtulisse existimaverim. Quod si primo adspectu mirum videri possit inter Periclem et artem musicam eam rationem intercedere, qua comicus poeta in consilium suum adhibita insignis cuiusdam fabulae argumentum conderet, coniectura tamen adducor, ut in hac ipsa re largissimam materiam inveniri arbitrer, qua Cratinus effrenata sua libertate usus, Periclem maximum tyrannum nominare et, quomodo talis evaserit, comice ostendere potuerit. Iam vero Plutarchus Pericl. c. 4. tradit Periclis praeceptorem in musicis fuisse Damonem, qui, cum sophista esset perfectus, ut apud vulgus suam peritiam dissimularet, nomen musicae praetexuisset; idemque Pericli adfuit veluti athletae in re publica aliptes et magister. Verumtamen cum obscurum non esset, Damonem lyrae usum simulationis causa praetendisse eumque et magnas res audacter moliri et strenuum esse tyrannidis fautorem exilio multatus est in decem annos. Itaque actum erat de egregio musico, qui, veluti Chiro olim musicis artibus adiutus Aesculapio, Iasoni, Herculi, Achilli aliisque heroibus praeceptor sapientissimus de omni vita regenda opem tulisse fertur, spem affectabat fore ut, si speciem eximii musici prae se ferret, Periclem ad quaslibet molimina perpetranda commovere posset.

*) Σοφίαν enim interpretor idem esse quod τὴν μουσικήν, ut saepius. Cfr. Xenoph. Anab. I. 2, 8. Ibique Schneideri obss.

Digitized by Google

Qua de causa comici graeci, ut idem Plutarchus l. c. tradit, Damonem saepe ludibrio habuerunt et sub ipsa Chironis nomine exagitarunt. Quin etiam duo versus apud Plutarchum l. c. laudati eandem rem luculenter declarant; scilicet Plato, postea comicus, hominem in fabula quadam induxit, qui Damonem ita percontaretur:

Πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ· σὺ γάρ,
Ὡς φασιν, ὦ Χείρων, ἐξέθρεψας Περικλέα.

Uterque versus vulgo perperam intellectus est a Plutarchi interpretibus, et versus secundus, ut hactenus edebatur, metrico vitio laborat. Latine sic interpretor: *Ac primum quidem dic mihi, precor; tu enim, ut aiunt, o Chiro, educasti Periclem.* Labes secundi trimetri eluitur, si modo scribimus:

Ὡς φασιν, ὦ Χείρων, ἔθρεψας Περικλέα.

Quod vitium a librario negligentiore, cuius oculi inter describendum in versus superioris vocem λέξον aberrarent, commissum esse persuasum habeo.

Quae cum ita sint, suspicor, institutionem istam atque disciplinam Damonis, qua Periclem in re publica administranda confirmare studebat, a Cratino in Chironibus irrisam fuisse, ita ut et Pericles ipse vehementer perstringeretur et inter alia Factionis sive Seditionis (Στάσις) filius nuncuparetur (Plut. Pericl. c. 3.), quod factione sua adiutus (καταστασιάσας) Areopagi concilium opprimeret, Cimonem urbe expelleret, summam apud populum potestatem sibi compararet (Plut. Pericl. c. 9 et 15.). Paulo difficilius est interpretari vim vocabuli *Χρόνος*, quem Periclis patrem comice statuit Cratinus; significat fortasse *Κρόνον*, Iovis genitorem, quoniam Pericles in comoedia veteri sub nomine Iovis Olympii vario modo exagitabatur (Cfr. Diss. de Cratino p. 40. seq.); praeterea poterat comicus noster Periclem ludibrio habere, quippe cum Cunctatoris filium eum nominaret et opera suscepta seguiter absolventem. Hoc nomine ab ipso Cratino Periclem notatum esse, declarant duo fragmenta apud Plutarchum Pericl. c. 13. Inest enim voci *χρόνος* potestas *diuturni temporis*, deinde *moras* sive *cunctationis*.

Hanc disputationem nostram qui probaverit, haud dubie concedet fabulae argumentum fuisse politicum, quo festivissimo lusu Pericles rei publicae administrandae arte initiabatur (Cfr. Cratini fragm. ap. Schol. ad Sophocl. Oed. Col. 477.), celebratissimis fortasse, quae sub Chironis nomine ferebantur, praeceptis, *ὑποθήκας* videlicet, hunc in finem assumtis (Cfr. Cratini fragm. ap. Hephaest. Enchir. p. 17, 2. et interpp.). Neque alienum erat aliorum etiam legislatorum, ut Solonis (Cfr. fragm. ap. Diog. Laert. I, 62.) praecepta et instituta aut commemorare aut irridere et aliam novam imperandi rationem improbiorem argumentis sophisticis defendere

Digitized by Google

atque commendare (Cfr. Zenob. Prov. V. 8.). Ceterum hac in via ex ipsis fragmentis permulta non prorsus absurda suppeditantur, quibus fabulae argumentum illustrari posse videatur; nos pro re tam obscura atque lubrica in his paucioribus subsistamus, quoniam cum ne materia quidem, quae indagatur, satis explorata ac definita sit, pedem infigere firmiter non possumus. Illud vero tenemus, huius fabulae interitum inprimis vehementer dolendum esse, quippe poeta noster ingenii fervidissimi odium in Periclem eiecerit suamque naturam luculentissime declaraverit. Audacter et mirifica sui confidentia ipse laudabat huius fabulae praestantiam coram auditoribus, si modo locus ille, quem diserte ex Aelio Aristide (T. II. p. 386. ed. Iebb.) adscribemus, ad Cratini Chirones referendus est; de qua re equidem nullus dubito.

Ἀλλ' ἔγωγε κωμῳδιοποιοῦ τινος ἤκουσα σεμνολογουμένου θαυμαστὰ οἷα. Καίτοι ἐάν τις εἴρηται τοὺς τῆς κωμῳδίας ποιητάς, ἐφ' ὅτῳ μέγα φρονοῦσι, φαῖεν ἂν οἶμαι, ὅτι γέλωτα κινοῦσιν, ὥσπερ καὶ αὐτῶν τις ὡμολόγηκε καὶ οὐδενὸς ἐρωτῶντος· ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι χωρὶς ἀξιοῦσιν εἶναι τότε τῶν ἀστείων σκώμματα, καὶ τὰ τῶν πολλῶν· καί τις αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος μεγαλαυχούμενος ὡς προφήτης προαγορεύει τοιάδε·

ἀφυπνίζεσθαι χρὴ πάντα θεατήν,
ἀπὸ μὲν βλεφάρων αὐθημερινῶν ποιητῶν λῆρον ἀφέντα,

ὥσπερ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλων ἅπαντας σοφούς τε καὶ σπουδαίους ποιήσειν. διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς·

ταῦτα δυοῖν ἐτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

Τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς, μιμεῖσθαι δηλονότι, ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον·

Versus in singulis verbis nihil mutatos distincte exhibuimus et quidem duo priores in tetrametros anapaesticos, tertium in hexametrum redegimus; denique lectionem vulgarem *τοὺς χείρονας* emendatius edendam curavimus. Sententiam Canteri, qui Cratini nomine in annotationibus adscripto verum sensisse videtur, ut nostro calculo probatum eamus, primum suadet, quod Cratini Chirones omnes aliorum comicorum fabulas eiusdem indicis sine dubio longe superarunt, ideoque vel ex ipso titulo auctor statim cognoscitur, tum quod versus ipsi magnam illam poetae nostri audaciam spirant et reliquorum comicorum contemtionem, et denique dictionis Cratineae indolem et colorem mirifice significare videntur.

Digitized by Google

Iam transgrediamur ad locum Cratini corruptissimum, quem servavit Stephanus Byzantius, grammaticus, in fragmento de Dodone ed. Gronovii Lugd. Bat. 1681. p. 8.; quod etiam impressum est in eiusdem Gronovii Thes. Antiq. graec. T. VII. p. 313. et in Bibliotheca Coisliniana p. 285. Stephanus igitur formam adiectivum Δωδωναῖος probaturus Cratini nititur auctoritate his verbis: καὶ Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις·

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη γεράνῳ προσεοικώς,

quae pessime transtulerunt interpretes: *Dodonaeo cani occanti assimilis mamma est grui.*

Hic locus eximius ita neglectus est a viris doctis, ut, nisi egregie fallor, praeter Gronovium l. c. eiusque amicum Stephanum Le Moyne, theologum Leidensem, in libro, cui titulus: In varia sacra notae et observationes. Lugd. Bat. 1694. 4. T. II. p. 753. seqq. in eo emendando atque illustrando vix ullus operam ac diligentiam posuerit. At vero nihil profecerunt viri docti, neque poterant quidquam proficere, quippe qui, cum magnas inesse difficultates bene quidem sentirent, vitiorum tamen radicibus parum cognitis auxiliarem manum ad locum sanandum frustra offerebant. Gronovius in priori Stephani editione varias coniecturas excogitavit, sed ne sibi quidem ipse satisfecisse videtur, cum haec annotat: „*Placuit, opinor, ludere illis, qui haec verba tam corrupta potuerunt interpretari: Dodonaeo cani occanti vel glebas frangenti mamma grui similis. Quis, oro, ille canis occans vel glebas frangens? utrum rastro an rostro, pedibus an cauda? Plenum ludibrio. Non est κύων βωλοκόπος et occans sed quidem βωλοκλόπος, furans et auferens frusta carnium aut βωμοκλόπος, dum sacerdos frontem vertit ad deceptam plebem, ex altari rapiens partes victimarum. Sed ut hoc abeat, ita Graeca tam bene non didici, ut capiam syntaxin τίτθη προσεοικὼς mammae persimilis, multo minus κυνὶ τίτθη γεράνῳ προσεοικώς. Tradant has et constructiones et interpretationes suo gregi; nos aliter docti et barbaras illas dicimus, non graecas nec Cratino convenientes et interpretari metuimus*“. Uno verbulo indicanda est lectio, quam in nostro loco statuendam esse voluit Eduardus Bernardus in epistola ad Gronovium p. 5. Scilicet sine omni ratione atque librorum auctoritate de turpi femina sermonem esse ratus scribit:

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη, τράχηλος δὲ γεράνῳ προσεοικώς.

In loco explicando nimis breviter versatus est Runkelius p. 7, qui duabus ultimis vocibus mutatis versum exhibet Aristophaneum anapaesticum:

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη Γερανὼ προσέοικεν.

Quas coniecturas etiamsi per se probaremus, in tota fragmenti dispositione non ausim viro docto assentiri, quod non facile doceri poterit, quis sensus insit verbis prae-

Digitized by Google

cedentibus aut quomodo *Γερανὸ* illa, quam sibi fingit editor, ad priora referri debeat. Quid multa? proposita sunt vocabula graeca, in quibus mens sana reperitur nulla. Hisce coniecturis obiter prolatis neque sensum neque grammaticam rationem omnino adiuvari vix demonstrari debet. Le Moyne in loco supra laudato se accinxit, ut Cratini verba alio modo, quam Gronovius fecerat, interpretaretur et sensum congruum aptissimumque vindicaret; ita tamen disputationem instituit, ut ipse Gronovius in editione altera Stephani Byzantii aliter eadem a collega suo accepta optaret; neque immerito vituperavit collegam, ut intelligi licet ex ipsius disputatione. Scilicet Le Moyne de Pygmaeis disputaturus nostrum locum in suam rem adducit eiusque ordine verborum prorsus turbato, primum *τίτθην* iure comparari dicit cum grue propter loquacitatem, deinde *βωλόκοπος* (scribe *βωλοκόπος*) non addendum esse *τῷ κνηὶ* contendit sed cum *γεράνῳ* coniungendum; etenim gruem re vera esse *βωλόκοπον* eamque glebas conterere et rostro contundere et granis frumenti inde excussis vesci, ita ut grues ipsae singulis annis Pygmaeos variis bellis infestasse et agitasse, agros eorum evertisse et discussis glebis semina inde eruisse et comedisse viderentur. Rectene an perperam rem suam de Pygmaeis instituerit vir doctus, non interpretor, istam enim quaestionem provincia nostra non complectitur; in eo profecto reprehendendus est, quod ex absurda fragmenti structura argumenta hauriri posse arbitraretur, quorum ratio a comparatione et argumentatione, qualem ille consectabatur, alienissima erat. Doctissimus Gronovius cum multos alios collegae errores castigat, tum potissimum, quod in Stephani testimonio certissimo dubitaret, utrum Cratini esset fragmentum an Menandri, an Cratini ex Menandro; in errorem videlicet addactus loco quodam Menandri apud Stephanum infra laudato, quem modo accuratius ad iudicium vocabimus ipsi. Iam vero Gronovius consideratis collegae opinionibus varias coniecturas, quas perlegere operae pretium est, proponit, ita tamen, ut quae modo in mentem venerant, ipse statim dubia existimet et reiiciat, atque integram interpretationis palmam alii, quem ad locum interpretandum sperat se accincturum esse, concedat atque sententiam manumque Cratini ab alio opperiatur. Denique, quo sibi saltem satisfaciat, indicat se solitum legere: *Δωδωναίῳ κνηὶ βωλοκόπου τίτθην γεράνου προσεοικώς*, sed quam vocet *γεράνου τίτθην* haesitat et inspiciendam esse membranam Parisiensem iudicat. Veruntamen neque membranae Parisiensis auxilio neque mutationibus iusto audacioribus opus esse videtur, dummodo rectam explicandi et diiudicandi viam ingrediamur.

Si quidem summum in philologia est intelligere, intellectus vero grammaticae rationibus et sensus perspicuitate nititur, necesse est omnino, ut imprimis gramma-

Digitized by Google

ticae legibus satisfaciamus. Itaque nos certa coniectura ducti mutato τίτθῃ in τίτθῃ fragmentum illud grammaticae vindicamus, eoque magis hanc mutationem extra dubitationem positam esse arbitramur, quo maiorem negligentiam in apicibus eiusmodi ponendis sexcenties declararent librarii. Pendet autem dativus τίτθῃ cum reliquis dativis eiusdem potestatis ex voce προσεοικώς, cuius adiectivi nomen proprium vel personam, quae in fabula Cratini haud dubie aut nominabatur aut in ipsa scena deridebatur, antiquitas nobis invidit vel saltem non diserte indicavit. Iam vero remotis illis difficultatibus, quas sermo ipse paravit, alius isque amplior aperitur campus disquisitionis, quae in verborum sensu perscrutando versatur. Admodum sane me offendit pessimus iste canis, qui statim ab initio occurrit atque hucusque viros doctos tantopere vexavit, ut, quomodo tamdiu locum suum iniuste occupatum retinuerit, mirandum esse videatur. Mihi tamen persuasissimum est, eum non a Cratino sed ab indocta cuiusdam librarii manu inductum esse; quem itaque statim eiiciendum atque columnam in eius vice exstruendam esse censeo. Nullius enim ponderis est coniectura virorum doctorum, qui cane Dodonaeo aes, quod motum et agitatum canis instar per totum diem latraret, significari contendunt. Igitur de fragmento Cratini scribendo atque distinguendo ego sic statuo:

Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις·

Δωδωναίῳ

κίονι, βωλοκόπῳ, τίτθῃ, γεράνῳ προσεοικώς.

Ad mensuram quod attinet, quam neque editiones veteres indicant, neque interpretes uno verbulo unquam commemorarunt ante Runkelium, cuius metrum anapaesticum cum ipsa lectione collabitur, versus ad hexametros revocandi sunt, quorum prior duos ultimos pedes servatos habet cum spondaeo in quinto, alter elegans est et integer. Ut in veteri comoedia Cratini potissimum magnus hexametrorum usus conspicitur, ita in fabula, ex qua hic locus laudatur, id versuum genus usurpatum esse diserte testantur fragmenta apud Suidam v. Διὸς ψῆφος. Athen. III. p. 86. E. (qui locus emendandus est ex Athen. III. p. 92. E.) et ibid. IV. p. 164., ubi tres continui exhibentur. Vulgata lectio κυνὶ nihil valet in versu, quod penultimam corripit; κίονι contra, quod antepenultimam productam habet, perbene quadrat, ita ut etiam hac ex parte emendatio multum probabilitatis nanciscatur.

Iovis Dodonaei oraculum omnium longe antiquissimum et sanctitate summaque divinationis auctoritate prae ceteris insigne cum multa alia rerum sacrarum instituta habuisse tum lebetibus sive pelvibus aeneis circumdatum fuisse constat Demonis apud Suidam v. Δωδωναῖον χαλκεῖον aliorumque certis testimoniis. Erant

Digitized by Google

haec vasa certum in ordinem collocata et inter se contigua, adeo ut uno pulsato reliqua inde omnia deinceps resonarent. Huc referendi sunt versus Ausonii Epist. XXV, 23. seqq.

Nec Dodonaei cessat tinnitus aheni,
In numerum quoties radiis ferientibus ictae
Respondent dociles modulato verbere pelves.

Cfr. Virg. Aen. III. 466. Suid. v. *Δωδώνη*. Eustath. ad. Odyss. p. 1760, 55. ed. Rom. Steph. Byz. p. 9. seqq. ed. Lugd. Bat. qui locus est classicus; Welcker. ad Philostr. Imagg. p. 566. Erasmi Adagia I. 1, 7. Philostr. Imagg. II, 33. cum Welckeri et Iacobsii doctis observationibus.

Praeter illum maiorem apparatum, quo sonus edebatur, ex Aristide, ut verisimillimum est, accepimus duas fuisse columnas sibi vicinas, quarum alteri vas aeneum impositum fuerit, alteri puer dextera flagellum tenens aeneis loris instructum, quae a vento agitata e lebete subinde pulsato sonum excitarint. Itaque aes illud, dummodo ventus vehemens in hisce regionibus flaret, sine intermissione percussum merito dictum est *ἀσίγητος λέβης*, quod in proverbium transiisse intelligitur e Suida et quidem eadem significatione, qua *Δωδωναῖον χαλκεῖον* dicebatur in homines scilicet improbae et importunae loquacitatis (*ἐπὶ τῶν μακρολογούντων* sive *πολυλόγων*). Cratinus in fragmento sine dubio columnam illam intelligi voluit, unde tinnitus ille proficiscebatur.

Vocem *βωλοκόπος* Gronovius coniunxit cum sequenti *γεράνῳ*. Le Moyne ad praecedentia retulit; nos neutram viam secutos esse diserte indicavimus interpunctione et, quamvis olim huius lectionis probitatem suspectam habuissemus, nunc re accuratius considerata ad eam rationem revocare non metuimus, quam Cratinus in ceteris eiusdem loci dictionibus luculenter expressit. *Βωλοκόπος* est is, qui agrorum glebas frangit atque rastro percutit; quod genus laboris agrestis miserrimum esse et ad homines infimae conditionis pertinere re ipsa intelligitur et sententia Terentii, cum dicit, *mihi res ad rastros redit*, comprobatur. Solent quidem eiusmodi homines, dum his laboribus occupati sunt, colloquiis tempus terere et narrationibus sibi invicem prolatis diem consumere; ea vero, quae narrant, nullius sunt ponderis, quippe quaecunque in buccam veniunt temere et inconsiderate proferunt, ita ut in eos conferri possit, quod Eupolis dicit:

Λαλεῖν ἄριστος, κἀδυνατώτατος λέγειν,

et illud Epicharmi:

Οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος.

Digitized by Google

Mulieres vetulas inprimis nutrices in magnam et inanem garrulitatem admodum inclinare sententia est iam usque ab antiquissimis temporibus ducta, eaque nostrae aetatis confirmata consensu, ut huius rei probandae causa exempla colligere apud scriptores veteres labor nullius pretii videatur esse. Unum tamen Menandri locum eumque valde insignem adscribendum esse arbitror, quippe qui artius, quam hactenus creditum est, cum nostro Cratini fragmento videtur cohaerere. Servatus est a Stephano Byzantio de Dodone p. 11. ed. Lugd. Bat. et receptus in collectionem fragmentorum Menandri apud Meinekium p. 27., qui praeeunte Bentleio locum bene restituit, ita tamen, ut Welckerus ad Philostr. p. 566. in nonnullis locis veterem codicum lectionem contra Bentleii mutationes (Emend. p. 14.) merito restituendam esse existimaret et locum sic exhiberet:

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην
ταύτην τις, ἣν τίτθην καλῇ, τέρας ποιεῖ
λαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἄν τις χαλκίον,
ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, εἰ παρήψαθ' ὁ παριών,
τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαι θᾶττον, ἢ
ταύτην λαλοῦσαν νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

v. 2. Bentlei. leg. ἢ pro ἣν et *πέρας* pro *τέρας* addito *οὐ* ex coniectura. Reliquae mutationes minoris sunt momenti. Cfr. Welcker. in Obss. l. c. et Meinek. l. c. Menander hoc eximio loco loquacitatem nutricis mire comparat cum aere Dodonaeo atque lucem haud exiguam affundit Cratini loco, ut mihi fere persuadeam, Cratini verba animo Menandri obversata esse.

Iam consideremus breviter quartam atque ultimam imaginem, qua ingentem loquacitatem viri alicuius significavit poeta noster, grues dico, aves clamosas, quas Homerus in similibus comparationibus usurpavit, veluti in Iliade *γ*. v. 3.

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὣς·
ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό.

Cfr. Il. *β*. 460. seqq. o. 692.

Perlustratis singulis fragmenti partibus, si modo haec recte conieci, sensus nulli potest amplius quidquam dubitationis relinquere. Perstringit enim Cratinus hominem quendam ob inconsultam et temerariam vociferationem atque inanem verborum sonitum, imaginibus huius loquacitatis e variis vitae conditionibus lepide desumtis et promiscue inter se collocatis; neque dubium esse arbitror hanc imaginem in priori parte huius sententiae amplificatam fuisse nonnullis aliis epithetis ea de causa deperditis et a Stephano omissis, quod, cum ad eius disputationem nihil facerent, a voce *Δωδωναίῳ* demum incipere poterat.

Digitized by Google

Hesych. v. *Διονυσοκουροπυρώνην: Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις·*

Αἰσχρὸν Ἀνδροκλέα Διονυσοκουροπυρώνην.

Εἰσίν, οἵ φασιν, ἐν τῷ αὐτῷ πέντε κωμῳδεῖσθαι, Αἰσχρόν, Ἀνδροκλέα, Διονύσιον, Κύρον (lege *Κῦρον*), *Πυρώνην, ἁμαρτάνοντες· οὐδεὶς γὰρ Ἀθηναίων ἀναγράφεται Κῦρος. Δεῖ οὖν γράφειν Διονυσοκουροπυρώνην· τὸν γὰρ Διόνυσον, κουρέα ὄντα κωμῳδεῖν* (lege *κωμῳδεῖ* e Phavorino). *κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου* (lege *πάππον* e Cod. Ven.), *ὡς δῆλοί δ τὰς Ἀταλάντας συνθείς.*

Cratini verba quamquam primo quidem adspectu nonnullam movent difficultatem, ea tamen aut pro corruptis aut mutilatis habere, quod nonnullis interpretibus placuit, vix licebit; immo si accuratius considerantur maxima ex parte tam clara sunt et perspicua, ut audacioribus illis virorum doctorum mutationibus magis depravata quam emendata, magis obscurata quam illustrata esse videantur. Iam vero si primos loci declarandi conatus repetere placet, ab ipsis grammaticis veteribus de Cratini versu ineptissimas coniecturas allatas esse, Hesychii testimonio supra laudato satis comprobatur. Inter recentiores interpretes lucem afferre conatus est Toupius in Emendatt. ad Suid. T. III. p. 444. Sed hic a meta longissime aberrare videtur in loco cum distinguendo tum emendando. Etenim ut taceamus coniecturae audaciam, qua vir doctus sibimet satisfacere studet, ne intelligimus quidem, qua ratione suam sententiam recte possit interpretari. Versum hoc modo constituit:

Αἰσχρὸν γ', Ἀνδροκλῆ Διονυσοκρουσιπυγώνην.

Pro vulgato *Ἀνδροκλέα* bene scripsit *Ἀνδροκλῆ* ob metri rationem, quod ipse restituendum esse arbitror. Post Toupium Runkelius p. 57. multo audacius locum tentavit, cum scriberet:

Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων διονυσοκουρώνων.

Falsissimam et corruptissimam esse hanc lectionem, cum sensu omnino careat, facile potest intelligi. Quam sententiam enim his verbis subesse velit editor, cum ipse nihil indicet, vix mihi videor coniectura assequi posse eamque ipsi huius mutationis auctori obscuram esse inde colligo, quod lectione prolata locum difficillime restitui posse idem fatetur.

Itaque donec certis argumentis atque firmioribus, quam hactenus factum est, rationibus hanc lectionem quis defenderit et interpretatus fuerit, codicis Veneti scripturam corruptam esse arbitror. Quae corruptela ut tollatur, vulgatam lectionem in tertum recipiendam esse statuo, Musuri scilicet, cuius summo ingenii acumine innumeri loci in codice *MS.* miserrime depravati ad lucem prolati et mire redintegrati sunt. E tribus illis vocibus *Διονυσοκρουροπυρώνων*, *Διονυσοκουρώνων*, *Δι-*

Digitized by Google

νυσοκουροπυρώνων, quarum media corruptissima, ultima ad vocabuli Cratinei probitatem proxime accedere videtur, scripsit *Διονυσοκουροπυρώνην*, quod in tribus locis constanter restituit; sicuti haec ipsa lectio in Phavorini Lexico v. *Διονυσοκουροπυρώνην* ter constanter exhibetur. Vulgatam lectionem *Ἀνδροχλέα* recte mutatam esse putamus a Toupio l. c. in *Ἀνδροχλῆ*, ita ut lectio *αἰσχρὸν* in Hesychio edita summam auctoritatem nanciscatur. Itaque codicis Veneti, quantum fieri potest in hoc fragmento corruptissimo, ratione habita, insero *δ'* post *αἰσχρόν*, versum sic scribo atque distinguo:

Αἰσχρὸν δ' Ἀνδροχλῆ, Διονυσοκουροπυρώνην.

Versus est hexameter; Cratinum vero usum esse hexametris in hac fabula testantur loci apud Steph. Byzant. v. *Δούλων πόλις* et Poll. VII. 69. Neque existimo ab ea, quam nos recepimus, scriptura eligenda prorsus abhorrere Meinekii sententiam, si modo vera est observatio Runkelii in Addendis p. 106, ubi Meinekius Quaest. Scen. II. p. 56. *διονυσιοκουροπυρώνην* legere perhibetur; sed, quod vehementer doleo, in loco viri praestantissimi laudato nulla fragmenti nostri facta est mentio.

His positis quasi fundamentis, quibus Cratini sententiae interpretatio nitatur, fateor sane me nescire, quid sibi velit Runkelius, cum vocem *Διονυσοκουροπυρώνην* contra omnes metri rationes a Musuro invectam esse contendat; etenim ita proba est, ut, si quis forte quarti pedis trochaeo offendatur, huius rationis in versu hexametro potissimum obviae permulta exempla afferri possint. Itaque hanc vocem a Cratino lepide compositam in hexametro iustum locum obtinere ut nobis persuadeamus, meminerimus comicos poetas prae ceteris licentias in hoc versuum genere sibi permisisse, quae, etiamsi apud alios poetas inveniuntur, facile excusantur, si vel in nomine proprio vel in vocabulo longiori leges severiores non sint accuratissime observatae. Huius utriusque excusationis ratio habenda est in voce Cratinea. At vero alia sunt argumenta, quibus probari potest eaque commemorabo duce ingeniosissimo Hermanno Doctr. metr. p. 40, 41, qui cum de syllaba ancipite disputat, „*Thesis spondiaca autem*, inquit, *in quarto pede versus heroici interdum anceps est. Eo enim in loco, cum insignem caesuram longioremque pausam versus iste recipiat, idoneus visus est ille locus, in quo ultima vocabuli syllaba sine numeri detrimento anceps esse posset*". Idem quadrat in Cratini versum, cuius pes tertius purum dactylum, quartus vero pausam habet longiorem, quoniam vox *Διόνυσος* vocabulo maiori et composito inserta in exitu quarti pedis ipsa finita est ideoque insignem caesuram efficit.

Ad sententiam loci Cratinei quod attinet deridetur atque vehementissime perstringitur Androcles, homo peregrinus et obscurus, mollis, pauperculus ideoque ad

Digitized by Google

fraudes struendas pecuniamque aliorum diripiendam paratissimus, quid multa? omni vita inquinatissimus, cui neque Cratinus, neque reliqui comici pepercerunt. Ac primum quidem commemoremus locum in Aristophanis Vespis 1182, ubi Bdelycleo his verbis,

Μεγαλοπρεπῶς

Ὡς ξυνεθεώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει,

non sine summo ironiae colore Androclem et Clisthenem nominat, cum tamen insignia nomina virorum nobilium (*γενναίων*) et clarorum (*λαμπρῶν*) commemorare debebat. Aristophanes vero horum nomina inprimis usurpavit, ut propter turpem nequitiam eos castigaret, ita ut, si quidem aliunde nihil de Androcle cognitum haberemus, hominis naturam eo perspiceremus, quod artissime coniungitur cum Clisthene, quo nihil erat inquinatius. Cfr. Aristoph. Ran. 48. 58. 425. Nub. 354. Thesmoph. 242. 291. Lys. 623. 1095. Eccles. 580. Ach. 118. Eq. 1385. Av. 832 et Schol. ad hos locos. Praeter Aristophanem Teleclides et Ecphantides, poetae comici Cratino aequales, Androclem acerbe exagitarunt et sectorem zonarium (*βαλαντιητόμον*) nominarunt. Cfr. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1182. Ita enim vocem restituo ex Aristophanis Ranis 784 et Schol; vulgata lectio mendose exhibetur *βαλλαντιοτόμον*. Ecphantidis nomen in eodem loco Scholiastae ad Vespas hodie perperam scriptum *Φραντίδης* egregie emendavit Flor. Christianus in Notis ad Aristoph. p. 150. ed. Kust. idemque recepit Meinekius Quaest. Scen. I. p. 12. Denique considerantibus nobis testimonium eiusdem Scholiastae ad Vesp. l. c., quo Androclem in ipsis Seriphiis *δοῦλον, πτωχόν, ἡταιρηκότα* nominatum esse accipimus, Cratinus homiais illius et turpes actiones et impuram mentem vocabulo *αἰσχρὸν* una quasi cogitatione accuratissime comprehendisse et percepisse videtur. Quam vero vitae rationem in priori parte versus generaliter adumbravit, eam in posteriori singulatim depingit vocabulo scilicet *Διονυσοκουροπυρώνην* lepide composito e *Διόνυσος, κούρη* et *πυρόω* (*πύρωμα*).

De Dionysi sive Bacchi natura nulla plane dubitatio est; recte pro Venere habetur inter deos masculos, eoque processit notio de eius habitu effeminatissimo, ut illa ipsa in proverbium abiret. Hanc sententiam primum declarant grammaticorum veterum glossae in Etym. M. 277, 2. *Διονῦς, ὁ γυναικείας καὶ πάνθηλυς.* ibid. 280, 23. *Διονῦς, ὁ θῆλυς λέγεται* et apud Hesychium col. 1000. v. *Διονύς*, ubi pro *παράθηλυς* ex Etym. l. c. scribendum est *πάνθηλυς*; porro verba, quae ab interpretibus ad Hesychium l. c. laudantur, Eustathii ad Il. p. 629, 42. ed. Rom. *οἳ μεθ' Ὅμηρον δηλοῦ τὸν Διόνυσον πλάττουσι καὶ θηλύστολοῦντα· ὅθεν καὶ Διοννὺς* (leg. *Διονῦς*) *ἡ γυναικεία καὶ θῆλυς ἐσθής.* Cfr. Etym. M. v. *Ἀπφῦς* p. 133, 53. Inde

Digitized by Google

factum est, ut comici hanc potissimum Dionysi indolem cum singulis in locis fabularum tum totis dramatis festive depingerent atque in aliorum mores ad muliebrem lapsos mollitiam detorquerent. Haec sententia, ut alias fabulas silentio praeteream, in Aristophanis Ranis sexcenties confirmatur.

Quae cum ita sint, hancce opinionem proferre audeo: Cratinus Androclem ob mollitiam muliebrem sive Dionysiam perstringit; Ecphantides, qui Dionysum scripsit, in eundem Androclem et ob scelestos mores graviter invehitur, unde suspicor hunc hominem in ipso Dionyso Ecphantidae, cuius mentionem facit Scholiastes ad Vesp. l. c., exagitatum esse et optime exagitari potuisse. Quam sententiam qui probaverit, acutissimam sane coniecturam Naekii ad Choerilum p. 53. (Cfr. Meinek. Quaest. Scen. 1, p. 13.), qua Ecphantidae huius indicis fabulam detexit, nulla amplius aut difficultate aut dubitatione impeditam censebit atque lectionem, quam in versu Cratini secuti sumus, inde satis probabilem vocabit.

Quem mollem Androclis habitum ut accuratius declararet Cratinus, adiecit notionem puellae (*κούρη*), cui et Dionysus et Androcles simillimus perhibetur. Denique sequitur in vocabuli Cratinei ultima parte (*ΠΥΡΩΝΗ*) spurcissimi et effeminatissimi helluonis indicium. *Πυρσῦν* idem est quod *ἀποξυρεῖν* in Aristoph. Thesmoph. 222. vel *ἀφεύειν* ibid. 223; quod Aeg. Burd. Scholia sic explicant: *τουτέστι ἅπτειν καὶ ἐμπυρσῦν τρίχας κάτωθεν ὄντας καὶ καίειν.* Cfr. ibid. 242. 243. sqq. et Scholia usque ad v. 284. Plurium exemplorum huius moris nefarii meminerit qui Aristophanis fabulas perlegit. Clisthenes ob id flagitium in primis castigabatur et fuerunt sane Androcles et Clisthenes par nobile fratrum. Postremum vero Cratinus ut consilium omnino conficeret et Androclem virum muliere molliorem et corruptiorem declararet, in priori Androclis epitheto *αἰσχρὸν* masculum in posteriori *Διονυσοκουροκυρώνην* muliebrem habitum indicavit, ita ut, quem versum Euripides apud Aristophanem Thesmoph. 273. in Mnesilochum confert,

Ἀνὴρ μὲν ἡμῖν οὗτοσὶ καὶ δὴ γυνὴ
Τὸ γ' εἶδος,

eum ipsum Androcli optime convenire censeamus. Neque vero comicos raro usos esse hoc conviciandi genere, ut scilicet virorum naturam scelerum et libidinum maculis pollutam eo notarent, quod feminarum nomina iis tribuerent, luculenter docent loci Aristophanis Nub. 665 — 693, ubi (691) diserte femina nominatur Amynias, quem teste Scholiasta ad h. l. a Cratino in ipsis Seriphiis, sine dubio simul cum Androcle, exagitatum esse scimus. Rem ipsam interpretatur idem Scholiasta l. c. his verbis: *Γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν] Πρὸς τὴν κατάλεξιν τοῦ ὀνόματος ἔπαιξε, καὶ εἰς*

Digitized by Google

διαβολὴν τοῦ ἀνδρός. ἐνταῦθα μὲν εἰς δειλίαν μόνον καὶ μαλακίαν. Androclis cognomentum Διονυσοκουροκυρώνη fictum est ad formationem similium nominum, velut Ἀμυμώνη, Δεώνη, aliorum.

Suidas v. Ἀποπάτημα. — Κρατῖνος Δραπέτισιν· Τὸν Κερκύονά τε ἔωθεν ἀποπατοῦντ' ἐπὶ τοῖς λαχάνοις εὗρὼν ἀπέπνιξα.

Idem Cratini locus laudatur a grammatico in Bekkeri Anecd. gr. p. 435, 12. et in Etym. M. 132 14. Apud Suidam l. c. fabulae index recte scriptus est Δραπέτισιν, quod servavimus; Grammaticus Bekkeri et Etymologus perperam exhibent Δραπέτῃσι. Ipsa verba Cratini viri docti vel nullo metro vel falso ac dubio saltem proposuerunt. Runkelius ut suo more, hoc est satis negligenter, in difficilioribus potissimum fragmentis explicandis versatur, sic et huius metri definiendi munus aliis benigne concedit p. 19; alienus ipse ab accurata comparatione trium scriptorum, qui alius alio vitio corruptus eundem locum ita praebent, ut e cunctis, nisi veritatem plane assequamur, propius saltem ad Cratini mentem accedamus. Iam vero ab initio scribendum est τὸν e tribus illis grammaticis; pro hoc Runkelius καὶ invexit; ex quo fonte et quo iure nescio. Lectio Κερκύονα, quam Runkelius e Suida et Bekkeri Grammatico retinuit, pessima est; veram Κερκύωνα suppeditat Etymologus et extra omnem dubitationem ponit classicum idemque doctum testimonium de Cercyone ap. Schol. ad Aristoph. Nub. 508. Post Κερκύωνα ex metri rationibus inserenda est particula τέ, quae et grammatici ap. Bekk. et Suidae auctoritate probatur. Haec certissime tenenda sunt. Ut versus constet, solvo equidem participium et restituta forma usitatissima λαχάνοισι pro vulgata λαχάνοις anapaesticum tetrametrum catalectum sic propono:

Τὸν Κερκύωνά τ' ἔωθεν ἀποπατέοντ' ἐπὶ τοῖς λαχάνοισι
εὗρὼν ἀπέπνιξα —

Etenim hanc lectionem si sequimur et prior versus integer et alterius pars abrupta bene procedit. Verborum sensum quisque facile interpretabitur. Commemoratur vero Cercyo, Agamedis et Epicastae filius, Trophonii frater, qui cum patre et fratre artificibus celeberrimis et thesauri Augeae regis exstructi aedificatoribus, huius ipsius regis opes noctu invadens diripuit et Agamede intercepto postquam cum Trophonio Orchomenum profugerat, inde emigrare coactus Athenas tandem solus petiit (Cfr.

Digitized by Google

Schol. ad Aristoph. Nub. 508.); idem latro furacissimus et crudelissimus, ut aliae fabulae indicant, a Theseo, altero Hercule, qui multos eiusmodi homines feros et immanes in itineribus sustulit, trucidatus esse dicitur; attamen fabulae non congruunt. Hoc sine dubio quisque concedet, aut Cercyoni, cum fugitivus esset, in Cratini Fugitivis optimum locum tribui et versum nostrum a Theseo Cercyonem strangulante dictum putari, aut eandem rem a Cratino in hominem Cercyonis praeditum natura translatam esse.

Hesychius vol. II. p. 252. *Κήτιον. μέγαν. καὶ ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις. καὶ ἐμετήριον, ἀπὸ λαχάνου ἀγρίου, ὅπερ ἀντὶ πυρῶν καθίεσαν εἰς τὸ στόμα· ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις σημαίνει. καὶ ἥδυσμα. καὶ τὸ νεαρὸν κρόμμυον. ἔνιοι, μέλος τι· οἱ δὲ τὰ ὀψαρτυτικὰ συνθέντες, διὰ τοῦ γ̄ φασί, Γήτιον.*

Qui Hesychii lexicon praestantissimum usurpant, propter ipsum ordinem alphabeticum sexcenties interruptum facile sibi persuadent hanc negligentiam ab Hesychio non esse profectam, sed causam potius quaerendam esse in articulis integris primum margini adscriptis, postea ab indocta librariorum manu in ipsum textum imperite illatis, ita ut campus admodum amplus indagationis iis aperiatur, qui, quid Hesychium habeat auctorem, quid aliunde invectum sit, explorare cupiunt. Eo processit hominum istorum praepostera diligentia, ut cum Hesychii verbis haud raro alia eaque prorsus diversa ob similitudinem quandam artissime coniungerent ideoque textum confunderent et obscurarent. Multum quidem profecit virorum doctissimorum sagacitas et ingenii acumen in difficultatibus expediendis, sed plura profecto relicta sunt iis emendanda, quibus in hoc studiorum genere placet accuratiorem diligentiam collocare. Eiusmodi rationem praebet Hesychii locus, quem modo adscripsimus, non una labe affectus et e sententiis diversissimae notae conflatus, quas eo maxime consilio secernamus necesse est, ut Cratino sua auctoritas vindicetur probumque vocabulum.

Κήτιον. μέγα (sic fors. leg.) radicem habet in voce *κῆτος, θαλάσσιος ἰχθὺς παμμεγέθης*. Hesych. Ab eodem explicatur *κήτειοι· μεγάλοι*. Hanc interpretationem vel invenit vel probavit Aristarchus analogiam secutus aliorum vocabulorum, quae vide apud Eustath ad Hom. Od. λ. 520. p. 1697, 19. seqq. ed. Rom.

Sequitur loci Hesychiani pars secunda de voce *κήτιον*, cuius etiam hae formae exstant: *κήθιον, κήθειον, κηθάριον*. Cfr. Suidam, Phot. Lex et Hesych. s. v. Aristoph.

Digitized by Google

Vesp. 672. et Scholiastam, qui de significatione docte et enucleate disputat. Inde discimus τὰ κήθια vasa fuisse, quibus Athenienses et in iudiciis et in eligendis magistratibus utebantur ad calculos colligendos. Scriptura cum $\bar{\vartheta}$ videtur omnino praeferenda esse, quippe quae et grammaticorum et librorum auctoritate admodum probetur. Harum vocum etyma indagat Eustathius ad Hom. Il. χ. p. 1259, 36. unde colligitur esse eas a vocabulo κήτιον, quod primo loco posuit Hesychius, diversissimas. Rem ipsam declarat vox cognata κημός. Cfr. Hesych. et Phot. Lex. s. v. Schol. ad Aristoph. Eq. 1147. Vesp. 99.

Iam accedimus ad partem tertiam, qua scilicet de Cratino testimonium continetur. Vocabulum Cratineum, quod desideratur et ad grammatici nostri consilium optime quadrat, haud dubie est γήθνον sive γήτειον, quae eiusdem notae sunt, ita ut ad eorum bonitatem loci apud Suidam v. γήσεια, γαθία, apud Moerin v. γήθη p. 111. ed. Piers. et apud Photium v. κήτειον emendandi esse videantur. Etymon vocum illarum bene indicat Eustathius ad Hom. Od. p. 1155, 19: Γήθνα, ἀπὸ τοῦ γῆθεν θύειν i. e. ἐκ γῆς ὁρμᾶσθαι. Sunt igitur varii generis olera, veluti brassica, bulbus, radiculae, ad quae referendum est *gethyum*, quod Plinius H. N. XIX. c. 6. *condimentarium* vocat. Observanda praeterea est glossa apud Hesychium: Ἀμπελόπρασα, οἱ δὲ γηθυλλίδας (sic legendum e Casauboni emendatione, quam confirmat Moeris Attic. v. γηθυλλίς. p. 115. ed. Piers.), οἱ δὲ μεγάλα κρόμμυα. Vocabula simillima πράσα, γήτεια, κρόμμυα coniunxit Anaxandrides apud Athenaeum IV. p. 131. E. Interpretatio vocis γήτειον, quae ad mentem glossae Hesychianae proxime accedit, invenitur apud Scholiastam ad Aristoph. Eq. 674: γήτεια· εἶδος λαχάνου ἀγρίου, παρεοικὸς τοῖς λευκοῖς πράσοις καὶ τοῦτο (forte ταὐτὸ) ἥδυσμα, ὡς τὸ ἀμπελόπρασον. Scilicet videntur Graeci pinnae loco, quam distenti et madidi ad exonerandum stomachum in os demittere solebant, radiculam (λάχανον ἄγριον) usurpasse, quae apud Cratinum γήθνον vel, quod verisimilius existimo, γήτειον nominabatur. Pinnarum usum in conviviis Casaubonus illustravit in Obss. ad Suet. Claud. c. 33; quibus subiungi potest Cratini locus apud Pollucem X, 76. Iungermanni diligentia in trimetros redactus:

Μῶν βδελυγμίας ἔχει;
Πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

E Cratini Tempestatibus (Ὧραι) petitum est hoc fragmentum, ad quam eandem fabulam γήτειον apud Hesychium refertur, ita ut utrumque locum artissime coniungendum esse coniiciam, scilicet eum, qui pinnam et pelvim afferre iubetur, radicu-

Digitized by Google

lam in pinnae usum suppeditasse arbitrer. Quem morem etsi singularem Crusini auctoritate probatum invenimus in loco Hesychii et vocem πτερῶν, quae totum sensum prorsus perturbat, ex Henr. Stephani egregia emendatione in πτερῶν mutandam esse extra omnem dubitationem ponimus. Gethyum vero illud peraptum esse eidem usui, quem de pinnis observavimus; Photius Lex. luculenter ostendit, cum dicit Κήτειον (lege Γήτειον) λάχανον, ἀνθηρίκῳ ὅμοιον. Caulis scilicet designatur sive culmus pinnae persimilis. Quae sequuntur in Hesychii loco supra descripto hac disputatione illico illustrantur vel alius sunt significationis et a nostro consilio aliena.

Digitized by Google

Zu den

öffentlichen Prüfungen,

welche an dem

Königlichen Gymnasium zu Bonn

am

11. und 12. September 1833 Vormittags um 9 und Nachmittags um 3 Uhr Statt finden werden,

ladet

alle Gönner und Freunde des Schulwesens, so wie alle Eltern und Verwandten der anvertrauten Jugend

ergebenst ein

der Director

Nikol. Jos. Biedermann.

Inhalt:

1. Bemerkungen zu einigen Fragmenten des Cratinus und anderer griechischen Komiker. Von Herrn Oberlehrer Dr. Lucas.
2. Schulnachrichten.

Bonn 1833,

gedruckt bei Carl Georgi.

Digitized by Google

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
FRANCIS H. FOBES
AUG 30, 1921

Digitized by Google

Alterum hoc specimen observationum in Cratini aliorumque comicorum graecorum fragmenta quum eodem consilio a me conscriptum sit eademque mente proponatur, quam data opportunitate ante hos quinque annos *) de his meis studiis copiosius declarandam esse existimavi, nunc paucis, quae mihi concessae sunt, paginis ne praefando abutamur, statim res ipsa, quam paramus, aggredienda esse videtur.

I. Schol. ad Aristoph. Av. 1406 (p. 493, 33. sq). *Λεωτροφίδη*] *ἐπειδὴ καὶ οὗτος τῶν σφόδρα λεπτῶν. ἢ* (fort. *ἦν*) *καὶ οὗτος διθυραμβοποιὸς κοῦφος. φησὶν οὖν, βούλει τῷ Λεωτροφίδῃ τὴν Κεκροπίδα φυλὴν διδάσκειν; ἀπὸ γὰρ ταύτης ἦν Λεωτροφίδης. τινὲς δέ, ὅτι κοῦφος καὶ χλωρὸς ἦν, ὡς ἐοικέναι ὄρνιθι. Θεόπομπος δὲ ἐν ταῖς Καπηλίσι·*

Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος ὡς Λεόντινος,
εὔχρως τε φάναι καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.

Etsi quisque facile sibi persuadet, hoc Theopompi fragmentum non una ex parte corruptum esse, vix tamen quisquam loco sanando curam adhibuit. Liceat igitur mihi coniecturam proponere, qua et metro turbato et sensui obscuro lucem afferre conatus sum. In priore versu *Λεόντινος* depravatum est; haec lectio apud Portum reperitur; neque melius est *λεοντῖνος*, quod Aldina praebet. In altero versu *φάναι* haud dubie librariorum commentum est, non a Theopompo profectum; neque etiam ipsa Porti lectio *φᾶναι* sana est. In reliquis verbis nulla exstat lectionis varietas, neque me quidquam offendit. Itaque ut versus trimetri iambici appareant, quorum apertissima vestigia conspiciuntur, puto sic legendum esse.

Λεωτροφίδης ὁ τρίμετρος ὡς λεόντιος!
εὔχρως τε φαίνει καὶ χαρίεις ὥσπερ νεκρός.

Singularis vis comica in hoc fragmento inest, si quid in eiusmodi rebus video, modo versum priorem in formam exclamationis redegeris, ut fecimus; quem quidem

*) Specimen illud observationum in difficiliora quaedam Cratini fragmenta praemissum est indici examinum publicorum, quae in gymnasio nostro habita sunt anno MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

sensum saepius exprimit particula ὡς. cfr. Eurip. Med. 330. Aristoph. Vesp. 1266. Leotrophides, ob gracilitatem saepe exagitatus a comicis (cfr. Hermippi fragm. ap. Schol. ad Aristoph. Av. 1406., emendatum a Dindorfio, plenius servatum ab Athen. p. 551. A.), haud dubie fictum istud cognomen accepit ὁ τρίμετρος, ut corporis proceritas ridicule indicaretur. Nam τρίμετρος, cuius vocis notio in nostro verborum contextu magis sentiri potest, quam verbis definiri, hominem significare videtur, qui trium virorum magnitudinem aequat. Huic proceritati et maciei comicus speciem adiungit fortitudinis et figurae leoninae, qua appellatione et nomen Leotrophidae imitatur eiusque tenuitatem declarat. Haec est huius versus vis ironica, quae penitus tollitur, si vulgatam lectionem Λεόντινος servamus, cuius viri ignoti nomen, quis est, qui nostro loco probabiliter vindicare possit? Quam de priore versu sententiam exposuimus, eam in altero egregie probatam invenimus, cum additamento ὥσπερ νεκρὸς praecedentibus verbis sua cuique significatio, totique fragmento reprehensionis color tribuatur. Tantum enim aberat, ut Leotrophides splendorem quendam, magnificentiam speciemque leoninam prae se ferret, ut potius deridendus esset propter deformitatem et imbecillitatem. Non igitur εὔχρως debebat nominari, sed χλωρός, quo colore eum conspicuum fuisse scholiasta supra laudatus diserte testatur, neque χαρίεις, sed ἄχαρις, quam interpretationem aperte praebet illud ὥσπερ νεκρός. Itaque continet fragmentum Theopompi descriptionem Leotrophidae, hominis proceri, macilenti et valde invenusti, cui, ut Ovidius canit, *pallor in ore sedet, macies in corpore toto.* Exagitare eiusmodi homines macilentos, poetas potissimum dithyrambicos, comicis maxime placuisse, certa veterum testimonia docent (cfr. Athen. l. l.), iisque solis tribuendum esse puto illud dictum valde lepidum de Phileta Coo, qui ob summam corporis gracilitatem et maciem cum quavis occasione facile subverti posse videretur, plumbeas soleas gestasse dicitur, ne a ventis prosterneretur, si paulo vehementius eum afflarent. Cfr. Aelian. V. H. IX. c. 14. X. c. 6. Athen. p. 552. B.

II. Eustathius ad Hom. Odyss. ξ, p. 1761, 23. e scriptis Aristophanis grammatici multa vocabula nova atque inusitata (καινοφώνους λέξεις) commemorat, quorum et haec sunt, λέγει δὲ καὶ λαπίζειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ συρίζειν, καὶ βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι, οἷον· ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με | βαυβᾶν μετ' αὐτῆς — ὅθεν, φησί, καὶ παρὰ Κρατίνῳ τό,

λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συβάνβαλος.

Ad trimetros iambicos refero hunc versum, impeditum profecto, neque a multis tractatum. Duebnerus (Kritische Biblioth. für das Schul- und Unterrichtswesen. März 1829. p. 139.), de comicis graecis perbene meritus, locum sic laudat, λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς — Qua quidem scriptura viri docti mentem non assequor. Illud ἀμαθὴς non facile quisquam cum λόγος coniungat, a quo est nimis remotum; at eo plus auctoritatis vox συβάνβαλος nanciscitur. Runkelius (Cratin. fragm. p. 88) quum hoc fragmentum ex-

Digitized by Google

hibet et interpretatur, non uno nomine est castigandus; nam primum ἡμᾶς haud dubie per negligentiam omisit; deinde vocem *συβάνβαλος* lexicis addi vult, quae iam diu addita est (cfr. Schneid. Lex. s. v. *βαυβάω*. Henricus Stephanus in Thesauro vocem commemorat, sed, qua significatione apud Cratinum usurpata sit, se expedire non posse fatetur); denique falsus est, quum *συβαύβαλος* vertit *dormitans*. Magnam profecto difficultatem parat vocabulum rarissimum *συβαύβαλος*, quod ut intelligamus, ad analogiam aliarum vocum, veluti homericarum ὑφορβὸς et *συβώτης*, referamus necesse est. Ad formationem quod attinet, vox composita est ex σῦς et *βάυβαλος*; factum est *βάυβαλος* a *βαυβῶ*, sicut *διδάσκαλος* a *διδάσκω*. Jam vero primum *βαυβᾶν* grammatici idem esse perhibent, quod *καθεύδειν*. Hesych s. v. *βαυβᾶν*. cfr. Bekkeri Anecd. gr. p. 85, 10. Tum praeter notionem activam, *dormire*, transitivam habet, *facere*, *ut aliquis dormiat*, sive *sopire* et *curare nutricis instar* (*βαυβᾷ· κοιμίζει*. Hesych. et Suid. *Βαυβώ τιθήνη Δήμητρος*. Hesych.), quae primaria est significatio in verbis cognatis *βαυκαλᾶν* (*κατακοιμίζειν· τιθηνεῖν· παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν*. Hesych., ad quem locum vide virorum doctorum observationes), *βαυβαλίζειν* et *βαυκαλίζειν* (cfr. Bekkeri Anecd. gr. p. 85, 14. Hesych. s. v. *κατεβαυκάλησε*), unde *βαυκαλήσεις· αἱ τῶν τιθηνούσων ᾠδαί*. Athen. p. 618. E. In composito vocabulo *συβαύβαλος* prior significatio, intransitiva videlicet, non est admittenda, utpote inepta; valet contra altera, activa, ita ut significetur pastor aliquis, qui sues ad dormiendum in stabula sive in cubilia ducit, et, ut dormiant, curat sive noctu apud sues in stabulis versatur, subulcus infimi ordinis. Eadem ratio in permultis vocabulis perspicitur, ut in *συβώτης* a *βόω* sive *βόσκω*, quod est *pascere* sive *vorare*, et *facere*, *ut greges pascant;* quamquam transitiva significatio et in *βώτης*, *pastor*, et in *συβώτης*, *subulcus*, praecipua est. Etsi quae hactenus disputavimus nullum locum dubitationi relinquere videntur, nova tamen difficultas movetur apud Hesychium et Photium s. v. *συοβαύβαλοι*, qui uterque hanc vocem interpretatur *συῶν αὐλιστήρια* (*κοιμητήρια* Hesych. cfr. *συνόβαυνοι* et interpr.). Difficultas non tollitur, nisi statuas, aut *συοβαύβαλος* (ad formam idem quod *συβαύβαλος*, ut ὑφορβὸς et ὑοφορβός, *συοφορβία* et *συοβοιωτοί*) significare et locum, ubi sues dormiunt, et subulcum, qualem supra descripsimus, aut legendum esse apud Hesychium et Photium *συοβαυβαλαὶ* (ut est in τροφὸς et τροφή, ὑφορβὸς et φορβή; *βαυκάλη* in H. Steph. Thes. laudatur), quo suum stabula indicarentur, aut lexicographos vocem *συβαύβαλοι* non intellexisse. Quidquid amplectaris, mihi persuasum est, *συβαύβαλος* a Cratino factum esse e voce *βαυβᾶν*, et *συοβάυβαλοι* (sive *συοβαυβαλαί*, si unquam extitit) ab Hesychio et Photio e comico quodam poeta esse petitum. Sed ne sic quidem Cratini fragmentum omni mendo liberatum puto; meo iure pro *λόγος τις* conieci legendum esse *λόγοις* sive *λόγοισιν*. In paucis tamen et abruptis Cratini verbis non ausus sum aliquid mutare.

III. Hac opportunitate commemorabo et explicabo locum Eupolidis, quem Runke-

Digitized by Google

lius, quum eiusdem comici fragmenta ederet, neque recte proposuit, neque intellexit. Laudatur ille locus ab Eustathio (ad Odyss. ξ, p. 1761, 39.) in eadem Aristophanis grammatici disputatione, cuius supra mentionem fecimus, atque sic exhibetur a Runkelio p. 169. fragm. 288. *καὶ οἱ ἐμετοὶ ἐμίαι, ὡς κοχλίαι. Εὔπολις δέ φησιν ἐπὶ τοῦ κακοφώνου*

Τὴν ἐμίαν τίθησιν.

